

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection *Mythologiae libri decem*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection *Mythologia*, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item *Mythologia*, Venise, 1567 - III, 04 : De Charonte](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 04 : De Charonte

Auteur(s) : Conti, Natale

,"author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()/* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest._jsonld); }); */}, false);

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 04 : De Charonte](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 04 : De Charon](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 05 : De Charon](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Ceteris nunc A'zopeta repulsu duxit l'lust,
nam etiam C'lio T'rolo d'erris l'v'c' am'f'.

Atque Pyriphlegethon, Cocytusque e' slyge labens
Immenas Acherontis aquas mox fluctibus augent.

Dictus est autem Cocytus a querelis & lamentationibus, ut nomen ipsum significat; quia morituri plerique post commissorum penitentiam lamentantur, quis illa conera Dei optimi omnium parentis leges commiserint. Alii maluerunt dictum esse, quia queruntur & gaudiæ ferunt quia res carissimas sunt reliqui: alii ob lamentationes coniunctorum dictum putant hunc flumen, qui morituris est transcendus. Neque potest quispam ad inferos accedere, nisi per hac flumina, vel, ut verius dicam, per turbulentissimas has animi cogitationes, quas antiqui per suas fabulas significarunt. Qui quidem ita viuendū esse per hac signata ostendebant, ut intrepidi elemus ad omnem post mortem fortunam. Nunc dicatur de Charonte.

De Charone.

Cap. IIII.

Charon vero, cuius nomen latitiam significat, qui fuit Erebi & Noctis filius, ut sensit Herodotus, qui in Theogonia omnia propè inferorum monstra ex iis nota esse affirmauit, portitor animarum & trium horum fluminorum naua dicebatur. Erat quidem præter hos Phlegeton sive Pyriphlegethon, de quo cum fabula in idea recidat cum Cocytu, plura dicenda non possum. Hic Charon dictus est ab antiquis grandevus, & a Polygnoto pictore senex pingebatur; qui Minyadem poemati fortasse fecutus fuit, in qua erat de Charonte huiusmodi sententia;

Atque hic exangues longævus portitor umbras
Poppe vebit patula.

Sic etiam Virgilius lib. sexto Charontem senem esse demonstrauit, ubi illius formam describit,

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squallore Charon, cui plurima mento
Canities inculta iacet, stant lumina flamma.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Hic erga omnes implacidus esse dicebatur, quos traxiebat, neque Reges ac principes ciuitatum à reliqua multitudine putabat differre, cum omnes uno ordine nudos, & omnibus bonis spoliatos cerneret, ut tellantur ea carmina;

namq' ipsa' d' a' r'p'p' d' p'p'p'.

Il'ad' q' v'p'p' p'p'p' a' p'p'p' a' p'p'p'.

T'p'p'p' t'p'p' t'p'p' t'p'p' t'p'p' t'p'p'.

U'p'p' t'p'p' t'p'p' t'p'p' t'p'p' t'p'p'.

F'p'p'p' p'p'p' p'p'p' p'p'p' p'p'p' p'p'p'.

Moctus est quemcumque tumuli qui haud cepit honorem,

Quique fuit natus prægrandis pondera fazi.

Nou' Iro magis est Agamemnon clarus: & ipsi

Theristæ similis Theristæ pulcherrima prole.

Hi pariter audi' atque inopes per regna vagantur

Umbrarum, apta suis referentes proximia factis.

Tellatur Lucianus i dialogo de Luctu moris id fuisse apud antiquos; ut obo-

Q. lumen

Mythologiae.

Ium numiseta peregrinum in os singulis mortuis includeretur, quod nau-
lum esse Charontis arbitrabantur, cum ita scribat; *De cunctis cunctis rur-
sibus agere quis est illud, id est per se ipsum ait, quod est quod nomen
Ales poneat. Quare cum quis e domiticiis obierit, primum quidem obo-
lum illi in os depositum nauum portoris fore arbitrantur, is autem num-
mus Danace a Greco dicebatur, sicuti testatur Callimachus his carmi-
nibus in Hecale;*

10

*Inde regi nixos nequidem, sed et quippe,
propter l'arbitriam est ut deoportet auctio.
Alas nixis tunc nixos expeditas leas
Balpi, usq; latens impunitus est et auctor.
Idcirco nulli nauum portare feruntur
Vnde ex hac vita functimi si facta feramus
Nos, & suspirans, adeunt Acherusia templa
Ore illi vacuo; danace non indiget ullus.*

Aristophanes autem in Rapis duos obolos posita nauum eiusdem fuisse scri-
pit in his versibus;

20

*Mercede capta nauta te senex vebet
Binis obolis in nau parua protinus.*

50

Neque tamen ea parua mercede semper contentus fuit, sed aliquando ab
Atheniensium Imperatoribus, ne illi exquiri multitudini cogarentur, auctum
est Charonti stipendium, & usque ad triobolum peruentum est. Tanta fuit
antiquorum nonnullorum dementia, ut inferos etiam auaritia, & numme-
rum desiderio vexati arbitrati sint, dicitur nonnullos Charon viuos ad inse-
ros traiecerisse; nam Hercules, Ulysses, Orpheus, Aeneas, Theseusque et de-
scindisse memorantur, quae omnia ficta sunt, ut singula suis locis explicata-
buntur. Soli ex omnibus hominibus Hermionesque nullum nauum mortuis
in os includebant, quod sibi breuissimum esse ad inferos descendens diceret
quamvis ille poeta vnde tantudem itineris esse ad inferos inquit,

40

*Vnde recta ibis ad Tartara, siue ab Athenis
Mortui accedas, seu magis e Meroc.
Nec doless procul a patria quod forte peribis.
Vnde nanque idem ad tartara ventus ager.*

Nunc quid huc fabulosa signifcent explicemus. Charon Erebi & Noctis fi-
lius dicitur, qui animas trans Acherontem, & Stygem, & Cocytum ac Phle-
geonthem trahit, quoniam ex illa hominum mente, quae prius erat confusa,
peccatorumque renebris insuolata, ac minime examinata conscientia, prius
illi motus, qui superius nominati sunt per illa flumina exoriuntur: deinde
vbi innocentia opinio, aut innocentia proxima deliberatio in posterum in-
tegritatis seruanda, surrexit; quae per prateritorum scelerum penitentiam
comparatur, cum piget summi Dei voluntatem, per auaritiam, crudelitatem,
impietatemque offendisse, tum spes de bonitate Dei exurgit, atque inde ix-
titi,

tis, quæ nos trans ea turbulentia flumina traxit: & Charon appellatur: Hec ad seuos iudices intrepidos nos deducit, hec in gravissima periculis nos consolatur & adiuuat, hec pro viatico est quocunque accedamus. Quare si quis recte consideret, innueniet antiquos omnes animorum motus illos, qui sub mortis tempore in homine nascuntur, sub his fluviorum signis fuisse complexos. Nam cum senex sit Charon, quid aliud significat, quam rectum consilium, & quæ ex illo concepto prouenit, latitiam? aut quæ alia letitia in morituro homine excitabitur, quam illa quæ nascitur ex opinione innocentia, aut è spe venia? Illa vero quæ ad obolos, nolumque portitoris attinent, ego ridicula esse censeo, & pro simplicium mulierescalarum opinionibus inuenta, & tanquam ad inuenient fabuæ probabilitatem excogitata à sapientibus, si modo hec ab illis manarent, nunc de Cerbero dicamus.

De Cerbero.

Cap. V.

Vbi superiora illa flumina mortuorum animæ traiecerint, zum Cerberus atrocissimus canis inferoruë cultos in spelunca quadam ante fores Plutonis recubebat; qui omnibus ingressuris humanissime blandiebatur, at neminem patiebatur exire, sed omnes egressulos altissimis & maxime horrendis latratibus deterrebat. Hic Cerberus è Typhon & Echidna natus est, ut scripsit Hesiodus in Theogonia. Quod autem seruaret inferorum sedes ita tellatur Virg. lib. 6.

Cerberus hec ingens latratu regna trifaci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.

Eius formam corporis cani persimilem fuisse dicebant, cuius tamen è capite angues densissimi pro villis pendebant, ut ait Horatius in libro tertio Odarum;

Cessit immanis tibi blandienti
ianitor aule.

Cerberus: quanvis furiale centum

Muniant angues caput eius, atque

Spiritus teter, saniesq; manet

ore trilingui.

Huius totum deniq; dorsum pro villis serpentes habuisse, et anguea cathena
na vinclum videtur significasse Tibullus lib. 3.

Nec canis anguea redimitus terga cathena,

Cui tres sunt lingue, ter geminumq; caput.

Tria capita illi fuisse testatur ita Sophocles in Trachiniis;

Αἵ τε τριποδαί τε καὶ τριφύλλατα.

Canemq; Ditis efforum, huic trinum caput.

Quod etiam affirmanit Cicero in primo lib. Tusculanarum disputationum, at Hesiodus in Theogonia quinquaginta capita illi tribuit, ut patet in his carminibus.

Δωτές μέντοι τριποδαί τριφύλλατα
τριπόδηστα διποδαί τριφύλλατα.

τριποδαί φέδει, διποδαί, επαρπάτα.

Crudelem rursus catulum parit illa nefandum,

Cerberon, umbrarum custodem, ferrea cui vox.

Q. 2 Quin.